



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nobili Viro Raimvndo Pelet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

ritate sedis apostolicæ per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Cenetensem & suos coniudices ob falsitatis vitium quod commiserat officio beneficioque suspensus, ipsius exigente contumacia vinculo fuit excommunicationis adstricetus. Sed sibi accumulans iram in die ire, procuratorem venerabilis fratri nostri Episcopi Paduani apud sedem apostolicam constitutum adeo circumvenit quod eum ad eligendos judices in quibusdam litteris, quas sub forma communis contra processum supradicti Cenetenensis Episcopi & suorum coniudicium de causa suspensionis & excommunicationis tacita veritate ad venerabilem fratrem nostrum Episcopum Civitatis novæ ac collegas ipsius impetrarat, fraudulenter induxit. Qui, ut aliqua ipsi ad impetrationem litterarum illarum via pateret, interposuit personam extraneam, quæ nomen representans ipsius, Martini videlicet, super Ecclesia sancti Martini de plebe, hoc additamento, scilicet de Sacco, suppresso, ne per agnomen loci, ejus impetraret propositum, litteras impetravit, intendens nibilominus & non prudenter occasionem istius clausulae, *rebus aliis*, quæ nostris litteris inseri confuevit, sub quodam involucri super falsitatis vitio questionem suscitare sopitam. Ac licet ei graviter increpato mandaverimus viua voce ut nullatenus ab apostolica sede recederet absque nostra licentia speciali, ipse tamen clanculò talibus litteris obtentis, immo potius obrepatis, aufugit. Ut autem nobis longas intelligentias esse manus, qui absentes per contumaciam poena comprimimus, præsentes, quos humiliatos aspicimus, relevantes, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus quatenus dictum Martinum ab omnibus officio & beneficio ecclesiastico sublatu appellacionis obstaculo perpetuo deponatis, non obstante clausula illa, videlicet nullis litteris obstantibus præter assensum partium à sede apostolica impetratis, quæ, sicut accepimus, litteris fuit infra supradictis; nec obstantibus in posterum quibuslibet litteris, harum expressa mentione non habita, si quæ quovis ingenio apparuerint impetratae. Tu denique, fili Abbas &c. Datum Laterani xii. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

ELECTO ET CAPITVLO
Laudunensibus.

*Epist. 54.
Vi fructus pre-
bende confe-
ratur confanguineo Pape.*

Cum dilectus filius Leonardus nepos dilecti filii nostri Iohannis sanctæ Mariæ in Cosmidin Diaconi Cardinalis S. R.

E. Cancellarij consanguineus noster præbendam in vestra noscatur Ecclesia obtine. *Vide infra qd. 60.*
re, decūsseret quidem & forsitan expediter ut proventus illius, præfati Cancellarij & nostrar confederationis obtentu, non expectatis nostris super hoc precibus aut mandato, curassetis eidem offerre libera-
liter & conferre. Monemus igitur univer-
sitatem vestram attrentius & rogamus, per apostolica scripta vobis præcipiendo mandantes quatenus nullius prætextu consueta-
dinis obstante, proventus eodem tam percepitos hactenus quam percipiendos in posterum sibi vel ejus nuntio sine difficultate vel diminutione qualibet assignetis,
preces apostolicas & mandatum taliter im-
pleturi quod idem Cancellarius, qui, si-
c ut vestra discretio non ignorat, vobis &
Ecclesiae vestre potest esse plurimum fruc-
tuosus, ad ejusdem obsequia fortius ani-
metur, & nos devotionem vestram renea-
mur merito commendare. Tu denique fili
elece &c. Datum Laterani xi. Kal. Iunij,
pontificatus nostri anno sextodecimo.

NOBILI VIRO RAIMUNDO
Pelet.

*Epist. 55.
De comitatu Melgorij.*
A ccedens ad præsentiam nostram no-
bis humiliter supplicasti ut comita-
tum Melgorij, quem ex successione avia-
træ jure ad te assérvis hereditario pertinere,
tibi faceremus integrè assignari, sub annuo
censu in feudum ab Ecclesia Romana te-
nendum. Verum quia super iis fidem no-
bis facere nequivisti, nobiliti tua duximus
respondendum quod cum Legatum de la-
tere nostro proponamus ad partes illas in
proximo definire, tu ad præsentiam ejus
accedens tuas coram eo rationes ostendas,
& ipse tibi faciat exhiberi iustitia comple-
mentum. Datum Laterani x. Kal. Iunij,
pontificatus nostri anno sextodecimo.

ARCHIEPISCOPO REMENSI.

*Epist. 56.
De relaxanda ex-
communica-
tionis
vita cleri.
disfug. ad an.
1212. O/94.*
Ex parte nobilis viri Duci Brabantæ
fuit nobis humiliter supplicatum ut
cum venerabilis frater noster Maguntinen-
sis Archiepiscopus apostolicæ sedis Lega-
tus ipsum contra Ecclesiam Ottopi repro-
bo adhærentem excommunicationis vincu-
lo innodarit & terram ejus supposuerit in-
terdicto, tam prædictas sententias quam
eas quas pro damnis venerabili fratri nostro
Leodiensi Episcopo irrogatis, relaxari mi-
sericorditer faceremus, cum paratus exi-
stat super primo articulo nostris obedi-
mandatis & super secundo satisfactionem
congruam prædicto Episcopo exhibere. Ad